⁸ Hinc inseritur te non posse in donum emphyteutis concedere etiam filia domino irrequisito, quia est perfecta illius translatio, & alienatio. Neque video qua ratione Bart. Iason. & alij quos referunt, & sequuntur Sylvest. verbo dñi. quibz. 8. Gamas decisi. 117. num. 2. Mol. dis. 4.6. prope finem, defendant te non posse extrahere in donum emphyteutis concedere, bene tamen filia, cum æque in viroque euentu alienatio intercedat, ac proinde in viroque negandum est. Et in materia feudi videtur expresta decisum, in cap. 1. §. donare. Qualiter olim feudum poterit alienari. Quod si aliquando in donum feudum & emphyteutis dones, confenda sunt donari quoad commoditates, non vero quoad dominium vitale.

P V N C T V M X V.

De successione emphyteutis, & feudi.

S. I.

Quotuplex sit emphyteutis, & feudum quoad successionem?

1. Emphyteutis, & idem est de feudo, alia est noua, alia antiqua.
2. Si concedatur an emphyteutis sit noua, an antiqua, regulariter antiqua præsumenda est.

3. Emphyteutis, & feudum aliud est hereditarium simpliciter, aliud hereditarium mixtæ, aliud ex parte, & præsumpta.
4. Explicatur exemplis diuisio emphyteutis, & feudi hereditarij simpliciter, & hereditarij mixti.
5. Exempla emphytensis, & feudi ex parte & præsumpta ponuntur.

Pro questionibus sequentibus decidendis premittendis est diuisio emphyteutis & feudi communiter à Dodonibus recepta. Emphyteutis (& idem est de feudo) alia est nova, alia antiqua. Emphyteutis noua nescipatur quæ à primo insitente habetur nullo possesso priore precedente. Antiqua quæ ab aliis prius possessa est, & inde ad eum possessorem derivatur.

Quod si controvertia oriatur, An si emphyteutis noua, an antiqua, regulariter conuenienter doctores antiquam præsumendam esse. Ut sententia Glōssā c. 1. §. vlt. de success. frat. vel grad. succedendi in feudo, & alij quos referunt, & sequuntur Menoch. de arbitriis lib. 2. cent. 2. cap. 191. n. 7. & de presump. lib. 3. presump. 93. Quod maximè verum habet si emphyteutis, seu feudum esse antiquam domino contractum afferente. Nam tunc ratione possessions stat pro valido presumptio, & dominio incumbit probare esse nouum ut pluribus firmant Tiraquel. trahit de retrati. coniugium. §. 1. glōss. 1. num. 98. & leg. Menoch. d. cap. 191. num. 2. Fator tamen mihi non displicere sententiam in qua propenderet Menoch. & affirmaret Fachin. lib. 7. controv. §. 5. nec nouum, neque antiquum præsumendum esse, sed tunc valamus, & dominio minus probations exhibere tenentur, quibus defensibus utriusque parti deferendum est iuramentum. Quo delato index arbitriabitur iuxta personarum qualitatem, & conditionem, cui pars magis acquiscere debet. Sicut expedit colligit ex c. 1. de success. fratr. & grad. succedendi in feudo, & c. 1. §. de feudo defanti contentio si inter dominos agatur.

Deinde emphyteutis & feudum aliud est hereditatione simpliciter, quia ex vi prioris concessionis ad quocunq; hæredes etiam extraneos transferri potest. Aliud ex pacto, & præsumpta, quia eius iuscello ex pacto a principio intro mensuranda est. Alia est emphyteutis, seu feudum hereditarium mixtæ, quia ex hereditario & ex pacto miscetur; cum non quibuscumque, sed aliquibus, tunc hæredibus conferti possit. Sicut hæc latius tradunt Caldas de nominis emphyteutis. q. 12. à num. 11. & q. 2. 1. num. 20. Iulius Clars lib. 4. sent. §. emphyteutis. q. 16. n. 1. & §. feudum. q. 9. n. 4. Arias Pinel leg. 1. Cod. de bonis maternis. 3. p. n. 87. Mol. dis. 47. p. init. Rebelli 1. p. de obligat. lib. 1. 3. q. 1. Layman lib. 3. eth. 3. strati. 4. c. 2. n. 12. & alij.

Exemplis diuisioneum explicemus. Si enim concedas emphyteutis, vel feudum petro pro se, sive hæreditibus, & successoribus quibuscumque non est dubium esse hæreditarium simpliciter. Et idem est si in perpetuum concedatur. Vt bene cum communis sententia adiungatur Panormit. cap. in presentia num. 23. de probat. Felin. lib. n. 27. Courtruu. 2. var. cap. 17. num. 5. concl. 1. & 4. & cap. 17. num. 5. Iulius Clars §. emphyteutis. q. 6. n. 4. & q. 28. n. 1. & leg. Mol. dis. 469. concl. 1. At si dicas pro se, sive hæredibus nullo alio excepto distinguendum est. Si emphyteutis sit privati hæreditariae ceteri debet. Vt docent Iulius Clars. q. 16. Arias Pinel. Molin. Rebelli. loc. citatis.

Verum si emphyteutis sit Ecclesiastica variatio Doctores. Nam plures quos referunt, & sequuntur Iulius Clars. q. 12. n. 6. Aluan. Valaf. de iure emphyteutis. q. 39. num. 9. Caldas de nominis. emphyteutis. q. 2. 3. num. 11. Gamas decisi. 10. n. 1. & 4. Rebelli 2. p. de obligat. infit. lib. 13. q. 4. n. 1. negant esse simpliciter hæreditarium, cum non ad extraneos hæredes sed solum ad descendentes extendatur. argum. Authent. de alienat. §. emphyteutis. q. 1. 2. 3. n. 12. & alij.

Præterea interveniente in ista causa, & solemnitate requiri potest Ecclesia sua bona dare in perpetuum emphyteutis. Cum autem nomine hæredem non solum cognati, sed extranei intelligantur. leg. hæres in omni. ff. de acquir. heret. leg. hæreditatis. ff. de Regul. iuris. leg. nihil aliud ff. de iuris. ff. iuris. & iure canonico non reperiatur hæc significatio relata.

sed potius in omni sua latitudine accepta, afferendum est
emphyteusum concessam alicui pro iure, sicutque hereditibus
ad omnes extendi. Constitutio enim illa Imperatoris neque
ad Ecclesia recepta est, immo eius gubernacione, & potestati
quam haber alienandi ex causa iusta, & seruatis solemnitatis
bus sua bona derogat. Proterquam quod solum disponit
de Constantinopolitana Ecclesia, & alius eiusdem viis
locis.

Quidam feudum attinet eis Doctores in varias sententias
dividunt. Vi videtur est apud Fochin. lib. 7. contrarer. iuris,
cap. 3. & 4. communior veriorque sententia autem concessio
nem pro iure, & hereditibus non esse simpliciter hereditari
am, cum solum ad liberos, & descendentes; seu heredes
sanguinis extendatur. Nam licet nomen hereditatis compre
hendat non solum descendentes, & extraneos, non tamen in
materia feudali, in qua eius significatio restricta est ad so
los descendentes heredes, iuxta cap. 1. §. v. scilicet nullus aliena
feudi iunctio c. 1. §. similiter vers. profecto. De lego Corradi, cap.
1. hoc quoque de successione, & alia plura concessa a Fochin
et. d. c. 3. & traducte innumerabili ipso relati, quibus adhuc
rect Aluar. Valac. de iure emphyt. quod. 4.4. num. 12. Caldas
de nominat emphyt. q. 2.3. num. 1. & 2.4. Mol. disp. 4.7. an
no med. Laym. lib. 3. sed. 1. trad. 4. c. 2. Ex his conflat que sit
emphyteus, & feudum hereditarium mixtum. Utrumque
enim perit ut successor in ea emphyteus, aut feudo simili
heredes si differunt autem quia hereditarium simpliciter quo
cumque heredes comprehendunt: ut hereditarium mixtum non
sit aliquos determinatos.

Exempla vero emphyteusis, & feudi ex pacto & prouide
ntia facili sunt. Sunt enim omnes concessiones in quibus
nulla sit mentio hereditatis. Sicuti si concederes alicui em
phyteusum aut feudum ad eius vitam per tempore de
terminato, vel ipsi eiusque liberis, aut quos ipse nominaverit.
Ad idem est si alicui absque vita determinatione emphy
teusum seu feudum concederes, concessio est ex pacto, quam
tamen communiter Doctores Contrauit. 2. var. capite 16.
numero 6. Clarus §. emphytensis. quod. 18. numero 1. Molin.
disput. 4.69. conclus. 2. extendens ut comprehendat non so
lum primos possessorum, sed etiam duos illius successores
iuxta §. emphytensis. Autem, de non alienand. Vbi conces
sio emphyteusis Ecclesiastice ad duas generationes extendi
tur. Ergo a fortiori extendi debet concessio emphyteusis pri
uatal.

S. II.

An filius succedens patri in emphyteusim, vel feu
dum parenti eiusque liberis concessum possit
succedere quamvis heres non sit?

1. Proponitur ratio dubitandi.
2. Dicendum est in ex concessione emphyteusis, & feudi pos
suum repudiata hereditate parentis emphyteusis obti
nere, non tamen feudum.
3. Si aliquam ob causam filius heres parentis non fuerit, non
obinde a feudo ex pacto excludendus est.

Rationem dubitandi inquit cap. 1. An agnatus, vel
filius ex lib. feudor. vbi inquit Imperator. Si contigerit
casum sine omni parte decedere, agnatus ad quem vniuersa
hereditas pertinet repudiata hereditate feudum si paternum
fuerit retinere potest (& pacis inter eius) vbi vero filium reli
quie ipse non potest hereditatem sine beneficio repudiare, sed aut
vtrumqueretur, aut utrumque repudiat. Et quamvis vari
et Doctores sententia, ut ex feudo hereditario, an ex
conventione textus loquatur, mihi certum videatur de feudo
ex pacto loqui. Tum quia simpliciter, & absolute loquitur
nulla hereditum mentione facta. Tomo quia si de her
editario loqueretur non permitteret agnatum repudiata
hereditate feudum retinere. Arcta ita docent Arias Pinel. leg. 1.
Cod. de bon. matern. 3. p. m. 8.5. Aluar. Valac. de iure emphyt.
q. 4. num. 4. Contrauit. 2. var. c. 1. §. num. 4. Fochin. lib. 7. controu
er. cap. 5.

Dicendum igitur est in ea concessione emphyteusis & feu
di posse filium repudiata parentis emphyteusis
obrire, non tamen feudum. Sit ex predictis Doctribus,
collig. noster Molin. disput. 4.7. §. antequam. Funda
mentum est, quia ex vi concessione non astringit filius
ut emphyteusis, vel feudum obireat heres eius patris,
cum nulla hereditatis mentio facta sit. In iure autem ciuili
& canonico nihil in hac parte de emphyteusis dispositum est,
benè tamen de feudo dict. capite 1. An agnatus, vel
filius.

Quod si roges quare in feudo statuitur, ut descendens vi
tini possessor necessario debet esse illius heres, ut feudum
ex coniunctione retineat, non tamen in emphyteusis, respondere
her. de Castro de Iust. iure. pars 1.

conciueretur possumus, quia feudum ex se, & ex sui natura
ad filios liberos, & descendentes extendit, qui strictius
vigentur ad reuerentiam suis maioribus praetendam. Si ta
men infinitas, cur permittitur agnato ultimo possessoris repu
diata hereditate illius feudum obirent, non tamen filius: Re
spondet Duaten. in confundinib. feudor. cap. 1. num. 9. cau
sam esse pieram, & reuerentiam quam filius parenti debet;
quam centurie offendere repudiando eius hereditatem. Co
jacio vero ex cap. 1. quem refert, & sequitur Fochin. lib. 7. con
trouer. cap. 5. placet statutum esse, quia filius à parte feudum
acepsit, ut agnatus non tam ab ultimo possessori quam à pri
mo habere censendus est.

Mono tamen, si aliquam ob causam filius heres parentis
non fuerit, vel quia incapax, vel quia pater nulla alia
bona praeter feudum reliquit, vel quia cetera confiscata sunt,
non obinde a feudo ex pacto excludendum esse, cum nulla
sit hereditatis repudiatio, que fuit conditio ab Imperatore
in dicto cap. 1. petita. Sicut docet Fochin. lib. 7. con
trouer. cap. 4. in fine.

S. III.

An emphyteusis, seu feudum alicui, eiusque
liberis concessum extendatur ad naturales,
illegitimos, & spurious, & legitimatos à Prin
cipe?

1. Filii naturales, illegitimi, & spuri à feudo excludun
tur.
2. An si princeps aliquem expressè legitimaret ut in feudo suc
cedat, eius dispositio effectum habeat? Distinctio res
solutur.
3. An in praedictum agnatorum legitimato effectum ha
beat?
4. Cessante causa publica nullum fortius effectum, stante for
tius.
5. Legitimi per subsequens matrimonium capaces sunt feudi,
scilicet constante matrimonio nati suulent.
6. Emphyteusis Ecclesiastica non debet conscribi illegi
timis.
7. Non interditum quin illegitimis emphyteusis, & fundam
concedi possit: causa interueniente.
8. Legitimi rescripto Principis secularis in emphyteusis, aut
feudo Ecclesiastico nequeunt succedere.
9. Summus Pontifex legitimare potest filios illegitimos, ut in
emphyteusis, & feudo Ecclesiastico succedant causa in
stria & publica intercedente.
10. Si sit emphyteusis priuata, & concedatur alicui pro se ei: si
que liberi an illegitimi naturales comprehendantur?
Negant plures.
11. Contraria sententia nempe illegitimos naturales comprehen
di legitimis deficiensibus amplectenda est.
12. Mens concedensis emphyteusum inuectiganda est circa pre
dictum successionem, & illa observanda.

Quidam feudum attinet omnes Doctores conueniunt ex
clusos esse naturales illegitimos, & a fortiori spurious,
nisi concedens feudum id exprefserit, quam tamen expre
sionem non censetur praetare ex eo tantum quod alicui
eiusque liberis feudum concedent, quia semper presum
endum est se velle dispositione iuris accommodare. At ius sub
nomine libitorum in materia feudi filios legitimos intel
lexit adeo, ut etiam legitimatos a principe excluderet. Ut habe
ret expi. c. cap. 1. §. naturales ff. si de feudo defuncti fuerit
contrauersa.

Contrauersia autem inter Doctores est, An si Princeps
irrequisito domini consensu aliquem expressè legitimaret, ut
in feudo succedat; eius dispositio effectum habeat? Affirma
runt Gloss. in d. §. naturalis. Curtius Iunior. Alexand. Roland.
et Vale & alijs plures quos referunt Fochin. lib. 7. cap. 49. quorum
fundamentum est potest Principis, ob quam potest nisi le
gitimus legitimatos a successione feudi excludentibus deroga
re. Contradicunt docuerunt alijs plures ad ipsomet Fochin.
relati nitentes domini praediicio. Sed utrumque sententiam
recepit concilat. Fochin. d. c. 49. Prioriter affirmat resum
heres, si gravis causa & publica utilitas intercedat. Nam haec
interuenient non solum Princeps dispensare in suis legibus
potest, sed iuri quoque alteri derogare. argum. leg. 1. & v. 1. ff.
de iuris. leg. ad iuris. Cod. de opere publico. & tradit. Decius.
cap. que in ecclesiast. n. 19. de constit. Abbas n. 1. Felim. n. 2. 6.
Andreas Gayll. lib. 2. obseruat. 56.

Verum celantur hac causa nullum in parte effectum legi
timatio habebit, quia absque causa neque ius alteri quatinus
tollet, quamvis possit in suis legibus dispensare. Ut bene
Contrauit. 2. var. c. 6. n. 8. Zafus. conf. 20. n. 7. lib. 2. Andreas
Gayll. supra quos referunt, & sequitur Fochin. d. c. 49.

M. M. Gregor

3 Grauior difficultas est. An in praeditum agnatorum legitimatio efficitur habeat. Et ratio difficultatis est, quia agnati quibus ex antiqua insculptura competit successio in feudo nullum ius quatinus habent, sed querendam: at iuri querendo & in spe facultus derogatio contingit. leg. sol. Cod. de acquir. possess. leg. qui aut em. ff. quia in fraude creditor. leg. possess. & p. maritus. ff. de donat. inter vir. & ux. Præterquam quod Princeps non tollit villum ius agnatis, sed difficit, & casu quo tollat non tollit directe, sed indirecte querens ab illegitimo removet successum obstatum. Atque ita affirmatur in d. §. naturale. Decius conf. 26.. n. 10. Alc. conf. 17. Iulius Clarius §. feudum q. 82. Roland. à Vall. conf. 3. num. 142. lib. 1.

4 Sed iuxta præcedentem questionem existimmo hanc difficultatem decidendam esse: Ita ut enim causa graui publica, certissimum caeleste posse Principem legitimatum in praedium agnatorum legitimatum succedat. At ea cellante contraria exsistunt dicendum. Sicut post alios tradidit Andicis Gaill. lib. 2. ols. 142. n. 15. Menoch. conf. 181. nu. 24. lib. 2. & conf. 121. n. 168. lib. 3. Fachin. lib. 7. contr. c. 10. Non enim Princeps pro libito auferre alterius suum potest leg. id quia nostrum ff. de Regul. iuri. leg. quies. Cod. de prec. imp. p. off. At agnati ius succendendi habent deficentibus legitimatis filii ex primo feudi institutore, quod ius non est tantum in spe & futurum, sed præsens, & certum. Ergo illi derogare aliqui causa legitima Princeps nequit. Argumentum vero contra: & sententia procedit de iure incerto futuro. Neque verum est nullum agnatis tolli ius ex hac legitimatio, cum ab illis tollatur possesso feudi viuente legitimato. Quod ius etiam indirecte non est permittendum tolli.

5 Illud certius alterendum est legitimatos per subsequentes matrimonios capaces esse feudi, sicut si à principio constante matrimonio nati sint, præfenditurque esse quibuslibet alii postmodum nati. Quod adeo verum est ut etiam si prius instrutor solammodo ex legitimo matrimonio natos vocauerit, hos sic legitimatos censendis est comprehendere. Nam cum semper præsumi debet quemlibet in futurum bonorum dispositione velle legibus accommodare, & leges maximè canonicae, cap. tanta. exp. ex tenore. Qui si quis legimi. reputet hos legitimatos in favorem matrimonij, ac si vere ex legitimo matrimonio nati essent, ita vt hæc legitimatio retrotrahatur ad punctum nativitatis, consequens est, vt successores feudi tangam legitimam censendi sint. Sicut docuerunt alii telatis Cœurrui. lib. 4. decretal. 2. p. 1. c. 1. §. 2. n. 39. Fachin. lib. 7. controuer. cap. 51. Mol. disp. 475. post med. Clarius §. feudum q. 81. n. v. 1. tradit. exp. Gisella in cap. inquit de electione: ubi Episcopum legitimatum subsequenti matrimonio decidit eligi posse, ac si à principio constante matrimonio natus esset.

6 Quoad emphyteusum attinet, cum alia sit Ecclesiastica, alia civilis de viraga sigillatum dicendum est. Et quidem emphyteusus Ecclesiastica nuncquam censer debet concilia legitimatis. Nam cum Ecclesia hos exoflos habeat præsumi non debet (nisi id aperte exprimat) illis velle sua bona communicare. Sicut ex communione docent Clarius §. emphyteus. quist. 20. Caldas de nominat. emphyteus. q. 19. num. 9. & q. 19. num. 28. Gigas de pensionib. q. 19. num. 6. Mol. disp. 475. ante med. 5a2. verbo emphyteus. n. 4. Laym. lib. 2. sum. f. 1. tract. 4. cap. 2. num. 11.

7 D. xi: nisi id a te erit exprimit. Non enim impeditur quin legitimatus emphyteusum, vel feudum concedere possit cuius à iusta interuenient. Sicut est, si ipse, vel eius parentes essent de Ecclesia beneficentia, si maiorem pensionem offerunt, si diligenter praesumunt rem administrativam. Ut bene Mol. adnotat d. disp. 475. §. quando Ecclesiastica. Ex eo autem quod alii illegitimi cuiusque filii concessa sit, non est præsumendum filii cuius illegitimus, nasciturus concedi, quinim ne natus si alios legitimos habeat. Nam cum illa concessio sufficiens de filii legitimis explicari possit nulla est causa cur ad illegitimos extendatur. Secus est si nulli alii filii nati essent præter illegitimos, & concessio facta esset ei, ciusque liberis. Sic tradit Cald. de nominat. emphyteus. q. 21. n. 19. & quist. 20. numero 4, quem sequitur Mol. d. disp. 475. circa med.

8 Legitimatus vero rescripto Principis secularis in emphyteusum, aut feudo Ecclesiastico nequerit succedere, quia Princeps secularis solum legitimare potest quod successionem bonorum que sibi subduntur qualia non sunt Ecclesiastica. Atque tradit Iulius Clarius §. emphyteus. q. 31. Gigas, de pensionib. q. 19. n. 6. Caldas de nominat. emphyteus. q. 21. n. 19. Greigor. Lopez l. 4. tit. 1. s. p. 4. verbo rôdas las horas. Mol. disp. 48. post med.

9 Princeps vero Ecclesiasticus scilicet summus Pontifex legitimare potest filios illegitimos ut in emphyteusum, & feudo Ecclesiastico succedant causâ iusta & publicâ intercedente. Sicut de Princeps seculari diximus, deber autem id sufficienter exprimere. Nam ex eo causam quod legitimatum aliquem reddat absoluere, non est censendus legitimatus

quoad successionem feudi, & emphyteusum, cum pleniusque hæc successio in avorum praeditum ceda.

Si vero sit emphyteusus priuati, & concedatur alio pro to se, ciusque liberis non leuis est inter Doctores controvicia an illegitimi naturales comprehendantur? Negant comprehendendi Decius cap. in presentia. num. 21. de preuamb. & iij. num. 56. & alii apud ipsos. Ducuntur ex leg. sicut si alii his qui fuerint, vel alios iuris sunt, vbi definitur filium, si alii his qui viro & uxori natura est. Ergo nomine huius illegitimus comprehendendi non debet, maxime in materia odiosa & prædicativa, scilicet emphyteusus succedit, prædictum enim concedenti ad quem difficilest dominum utile reperiatur.

Contraria sententia nempe illegitimos naturales comprehendendi legitimatos deficentibus communior est, deoque est certissimum caeleste posse Principem legitimatum in praedium agnatorum legitimatum succedat. At ea cellante contraria exsistunt dicendum. Sicut post alios tradidit Andicis Gaill. lib. 2. ols. 142. n. 15. Menoch. conf. 181. nu. 24. lib. 2. & conf. 121. n. 168. lib. 3. Fachin. lib. 7. contr. c. 10. Non enim Princeps pro libito auferre alterius suum potest leg. id quia nostrum ff. de Regul. iuri. leg. quies. Cod. de prec. imp. p. off. At agnati ius succendendi habent deficentibus legitimatis filii ex primo feudi institutore, quod ius non est tantum in spe & futurum, sed præsens, & certum. Ergo illi derogare aliqui causa legitima Princeps nequit. Argumentum vero contra: & sententia procedit de iure incerto futuro. Neque verum est nullum agnatis tolli ius ex hac legitimatio, cum ab illis tollatur possesso feudi viuente legitimato. Quod ius etiam indirecte non est permittendum tolli.

10 Ilud certius alterendum est legitimatos per subsequentes matrimonios capaces esse feudi, sicut si à principio constante matrimonio nati sint, præfenditurque esse quibuslibet alii postmodum nati. Quod adeo verum est ut etiam si prius instrutor solammodo ex legitimo matrimonio natos vocauerit, hos sic legitimatos censendis est comprehendere. Nam cum semper præsumi debet quemlibet in futurum bonorum dispositione velle legibus accommodare, & leges maximè canonicae, cap. tanta. exp. ex tenore. Qui si quis legimi. reputet hos legitimatos in favorem matrimonij, ac si vere ex legitimo matrimonio nati essent, ita vt hæc legitimatio retrotrahatur ad punctum nativitatis, consequens est, vt successores feudi tangam legitimam censendi sint. Sicut docuerunt alii telatis Cœurrui. lib. 4. decretal. 2. p. 1. c. 1. §. 2. n. 39. Fachin. lib. 7. controuer. cap. 51. Mol. disp. 475. post med. Clarius §. feudum q. 81. n. v. 1. tradit. exp. Gisella in cap. inquit de electione: ubi Episcopum legitimatum subsequenti matrimonio decidit eligi posse, ac si à principio constante matrimonio natus esset.

11 Hæc sententia procedit, cum mens concedentis emphyteusum inveniatur non potest. Nam prius sententia examinandas est circustantias confessionis, & ex illis inveniendum, ac voluntari naturales filios comprehendere. Sicut dicit Vopian. in d. leg. ex facto. si quis rogatus. Mihi autem quod naturales liberis arinet voluntarius quæstio videbitur esse, de quibus liberis testator senserit; sed hoc ex dictate, & voluntate, & conditione eius qui fidem committit accipendum est, & adiuvabit Fachin. d. cap. 98.

S. IV.

An ad feudum, & emphyteusum feminæ admittende sint?

- 1 Feminæ, earumque filij à feudi successione excluduntur, nisi expressè in inuestitura admittantur.
- 2 Si in feudo nullum sit præsumendum personale obsequium, vel quod præsumendum sit à feminæ præbatur pœnit ad successionem feudi admittendum.
- 3 Item admittitur feminæ in feudo feminæ, id est quod primo feminæ sit concessum.
- 4 Item secundum aliquos succedit feminæ in feudo emphyteus. Sed non approbatur.
- 5 Euentu quo feminæ ad feudum admittuntur intelligendi sunt adiutoria deficentibus masculinis.
- 6 In feudo pro masculis & feminis instituto masculi existens in gradu remotior linea diversa excludit feminam existentem in proximiior linea.
- 7 An feminæ siue al feudum admittit, eo quod masculi deficiunt, si postmodum nascatur, illius natura excludenda sit? Affirmant aliqui. Refutatur oppositio, & responderunt contraria.
- 8 An si feminæ si excludit sit à feudi successione, eo quod masculi existentes, excludit, conatur in perpetuum, ita ut deficientes masculini non possit feudum obtinere? Communior sententia affirmat.
- 9 Contraria sententia est, & satisfactoppositio.
- 10 Quod emphyteusum attinet sine facultate sit Ecclesiastica, feminæ aquæ ac masculi admittuntur, nisi alia expressè causam fuerit.
- 11 Si accipiens emphyteusum stipulatus fuerit pro se, & filius, communior sententia censet sicut solo masculis iste admittendos.
- 12 Verior est contraria sententia, & satisfacto fundamento oppositio.
- 13 Si stipulatus fuerit pro te, inquit successoribus masculis feminæ excluduntur, nepotes eius non item nisi p. modum maioratus emphyteusens concessa esset.

Cesta est sententia ab omnibus recepta feminas, illas, cuiusque filios à feudi successione excluduntur, expelunt in inuestitura admittuntur. Ut expressè habetur cap. 1. §. & quia vidimus, de his qui feminas dare possunt, vbi inquit Imperia

Imperator. Hoc autem notandum est quod licet filia ut patribus succedat, legibus tamen a successione feudi remouentur similiter & carum filij, nisi specialiter dictum fuerit ut ad eas pertineat. Idem contra ex cap. i. §. vlt. de successione feudi. & cap. i. §. ad filias de successione, vel gradibus succedent. Nam cum plerumque feuda exigant a feudatario obsequium personale, quod commode a feminis prestari requiri, ea de causa ipsae & ob carum causam carum filij a feudi successione excluduntur.

Temperant agem hanc doctrinam plures graueisque Doctores. Decius conf. 83. num. 6. & conf. 42. 4. numero 14. Roland conf. 1. 2. num. 10. lib. 1. Clarus §. feudum 9. 7. 3. Cuic. lib. 1. de feud. s. 2. §. penult. Menoch. conf. 6. 9. num. 1. 6. Caldas de nominat. empereor. q. 2. 3. num. 8. Mol. disp. 47. 4. post init. neque disserit Fachin. lib. 6. controu. cap. 39. & 40. & alii apud ipsos, ne procedat si in feudo nullum sit praestandum personale obsequium, vel si aliquod est praestandum ex quo potest a feminis fieri a masculo prestari, feminam ad feudi successionem admittendam esse quia cellulat ratio ob quam exceduntur iuxta. c. 1. An mutus, vel stolidus, vel alias imperfetus; vbi inquit Texus quidam dicunt enim qui talis natura est feendum retinere non posse, quia ipsum seruire non valet, sic, dicitur in Clerico, in feminis, & similibus. Ergo si Clericos, & feminas successionem prestare possunt, nulla est ratio exceduntur. Et a fortiori si nullum est obsequium personale in feudo praestandum, ut in feudo franco contingit, & haec sententia definiuntur in cap. si cui militum capitulum extraordinarium feudorum, & habetur apud Cuicium, lib. 4. tit. 104. ibi Sicut militi ad carum servitum feendum fuerit datum, sique relata ex se defensione feminis decesserit, que id seruitum iuxta feudi conditionem non minus decenter prestare posse quam masculis. & si ineficiuntur minime causum sit ut & feminis ad isti affectare valeant, eam tamen admitti velim putamus. Quinimum hoc calum cum masculo in feudo eam succedentem quidam putant, quod multo magis dignum obseruantia existimamus, cum feendum sic datum est; ut nullum pro eo seruitum sit, ut plerumque hodie feuda dantur.

Secundum temperant conclusionem Roland. à Valle conf. 8. 7. num. 2. lib. 2. & conf. 7. 6. num. 7. lib. 3. Iulius Clarus, §. feudum. 9. 7. 3. Duan. de feudo. cap. 10. num. 4. Mol. tract. 2. disp. 47. 4. paulo post init. Fachin. plures referens. lib. 5. cap. 3. 8. ne procedat in feudo feminis, id est quod primo feminis fuit concessionem, nam eo ipso praelium carum succellibus, & feminis adjudicandum est, idque videatur decimus in cap. 1. de feudo feminis in priori parte texus. Si feminis (inquit) habens feudum decesserit, quia feminis est feendum, & sine pacto speciali deficiuntur filii masculis ad filias pertinebit Overt. & Gerard. Et licet postmodum proponat sententiam illorum contraria, noui tamen illam texus approbar, sed reprobat. Ut colligunt ex illis verbis, quod falsum est, que ad immediata dicta referri debent, & c. 1. de natura success. feudi: filius (inquit) succedit patri, & non sit nisi ex pacto, vel nisi sit feminis. & cap. ingales, in capitulum extraordinarium feudorum. Cuius verba referuntur a Cuicjus lib. 4. tit. 104. Fachin. lib. 7. c. 8. manifeste hac restrictio approbat, atque ita approbanda est.

Tertio temperant grauissimi Doctores, quos referunt, & sequuntur Clarus §. feudum 9. 7. Decian. conf. 18. num. 49. lib. 2. Menoch. conf. 44. 8. num. 17. lib. 5. Andreas Gayl. lib. 2. obseruat. 1. 9. ne procedat in feudo emptiu. id est in feudo quod pretatio comparatum est, quia hoc non est proprium feendum, cum feendum gratia concedendum sit. cap. 1. de feudo in vicim legis commissoria: at feminis successionem feudi impripi non excludatur c. 1. de feudo feminis. Item hoc feendum repete prius acquisitum conditionem contractus sequi debet, quae est ut ad heredes transire. leg. si postum. si de probacionib. Cum autem feminis ex quo ac masculi heredes sint, ad ipsas transire hoc feendum debet.

Caterum hoc restrictio ex hoc solo capite non probatur. Non enim ex eo quod pecunia feendum emptum sit, deficiat in hac parte a conditione feudi, affirmare debemus in omnibus aliis defecutum. Nam legum correctio non facile admittenda est: leges autem feminas excludent a feudi successionem, neque excludunt feendum emptum, bene tamen feminum. Ergo absque fundamento feminis admittentes, maximè cum hac pars videatur expressè dicta c. 1. §. & quia vidimus, de his qui feundum dare posse, cuius verba sunt. Hoc autem notandum est quod licet filia vel masculi patribus succedant, legibus tamen a successione feudi remouentur, similiter, & carum filij, nisi specialiter dictum fuerit, ut ad eas pertineat. Ad idem est c. 1. §. vlt. de successione feudi. Cum autem ex sola emptione id specialiter dictum non sit, neque illa sit lex qua feminas ob habeantur, ut hanc causam habiles reddat, alterendum non est. Ut plures referens tradit Fachin. lib. 7. controu. c. 37. consenserit noster Mol. disp. 47. 4. post init. Si tamen feendum nullum obsequium personale exigere, vel nullum exigere quod à feminis prestari non posset, ex quo ac à viris,

iam ex hoc capite, & non exemptione feminæ admittentes.

Eo autem eventu quo feminas ad feodium admittuntur intelligenda sunt admissæ deficiensibus masculis, rametis concilio facta fuerit sub hac forma, tibi & tuis heredibus virius sexus, ut probat Texus in cap. de eo qui sibi & heredibus suis masculis, vel feminis, & in capite 1. §. quoniam etiam Episcopum, vel Abbatem. & cap. 1. §. filia de successione feudi, & notarum Burlat. conf. 69. num. 9. Alex. conf. 9. lib. 5. Curtius de feudi. p. 3. n. 19. Roland. à Valle, conf. 84. n. 14. & seq. lib. 4. Clarus §. feudum. 9. 7. 3. num. 1. Mol. disp. 47. 4. post init. Fachin. lib. 7. c. 42. Si tamen concilio fuerit sub hac formam, tibi, et tuis heredibus masculis cum feminis Affirmant Baid. leg. quorū. Cod. de ius. & leg. iur. p. 1. p. 2. Texus conf. 20. 8. 3. Roland. à Valle. Iul. Clarus. Burlat. & noster Mol. loc. cit. feminas etiam tantibus masculis successoras, quia illa dictio cum coniuncta omnia successionis significat.

Sed rectius mihi videtur locuti qui conjunctionem simultaneam a gant, & tantum coniunctionem intercellum admettent. Vt docuerunt Curtius Iunior. de feudo. 3. p. num. 18. Duren. de feudi. cap. 10. n. 9. Faciun. lib. 7. cap. 43. Fundamentum quod sum illimum est definitur ex leg. 8. ff. de iusfructu accrescend. leg. illi 4. ff. de iusfructu legato, quibus haec verba habentur. Nihil interest ut legetur illi & illi cum bistro, aut ita illi, & illi, & Meio. Ergo nihil referti sue concessio sit masculis & feminis, suis masculis cum feminis, cumdeinde enim feendum viratus concessio habere debet. At priorem concessionem masculis, & feminis leges declararunt intelligentiam esse non de successione simultanea, sed successiva, & per ordinem. Ergo idem dicendum est de secunda concessione.

Sed difficultas est At in predicto feudo pro masculis & feminis infuso masculis existens in grade remotori linea diuersis excludat feminam existentem in proximiore linea? Affirmandum est cum communis sententia quam refert, & sequitur Pistorius lib. 2. de feido part. poster. quas. 15. numero 18. Fachin. lib. 7. c. 44. feminam excludendam est, quod videtur expresse dictum cap. 1. de eo qui sibi & heredibus suis masculis, & feminis, suis masculis cum feminis, cumdeinde enim feendum viratus concessio habere debet. At priorem concessionem masculis, & feminis leges declararunt intelligentiam esse non de successione simultanea, sed successiva, & per ordinem. Ergo idem dicendum est de secunda concessione.

Gravior est difficultas, An feminam semel ad feodium admissa, eo quo masculis desiciebat, si postmodum nascatur illius natus, excludenda sit? Affirmant Gloss. in d. cap. 1. de eo qui sibi & heredibus suis masculis, & feminis, Burlat. conf. 69. numero 16. & alii adducunt a Fachin. & Claro locu statim referunt. Mouentur ex illis verbis c. 1. lib. 1. Non enim patre locus feminæ in feudi successione ubi masculis superest. Sed rectius contrarium defendunt Curtius Iunior. de feidi. par. 2. num. 33. Iulius Clari. §. feudum. quas. 8. Fachin. lib. 7. controu. cap. 41. Mol. lib. 1. de primogen. cap. 10. numero 13. noster Mol. disp. 47. 4. ante med. & alii plures quos ipsi refert, & colligunt aperi de c. d. cap. 1. vbi feminina obtinet feendum deficiensibus masculis exulta non sit a feudi possessione ob statum filiorum naturitatem. Negre congruum erat, ut masculis denuo natus pruaret feminam iure iam quatuor, maximè cum hoc ius perpetuum sit. Neque vigent illa verba Texus, quibus contraria sententia initit. Factor enim non patre locum feminam in feudi successione ubi masculis superest, quia feminam non succedit in feudo interim ac masculis superest, bene tamen illius successionem masculo, non existente regimur retinet masculo postmodum superuenientem. Nam de hac retentione nihil Texus locutus est.

E contra Doctores querunt, si feminam exulta sit à feudi successione, eo quo masculi existent, exulta ceafetur in perpetuum, ita ut deficiensibus masculis non possit feendum obtine? Communis sententia quam refert, & sequitur Fachin. lib. 2. controu. cap. 45. affirmat. Diciturque adhuc T. Texus in cap. 1. §. quoniam etiam in illi. Episcop. vel Abbatem cuius haec sunt verba. Quoniam enim si quis ex tempore feudi accepit ut eius descendentes masculi, & feminæ illius habere possint relicto masculo veterius feminæ non admittantur, vbi ponderanda est dictio illi. vñctus, quae idem

significat ac non amplius, quasi diceret, textus. *relicto masculo nec iunc nec postmodum feminis admittuntur, sed perpetuo exclusi sunt.* Præterea regula generalis est quod feminas ad feudum non admittantur, ergo in casu dubio ea interpretatio facienda est quæ disputationi iuri communis facit conformior.

9. Sed tamen contrarium docuerunt plures quos referunt, & sequitur Iul. Clarius lib. 4. sentent. §. fendum q. 80. Mol. disp. 475. anem med. Nam accipiens feudum, si sibi sicuti hereditibus masculis & feminis intendit ad feminas deficientibus masculis perueniat. At si formam semel exclusa eo quod masculi existebant sententia sunt in perpetuum exclusive, raro eius intentio quod feudum ad feminas perueniat effectum habebit, siquidem ex vincia masculorum successione illis existentibus perpetuo excludatur.

Priuitera cap. 1. §. filia de successu feudi, & cap. 1. de eo qui sibi vel hereditib. &c. solum dicant feminam non succedere existentibus masculis, vel donec masculi superfluit. Ergo illis non superfluitatibus succedunt. Quapropter cum in d. cap. 1. §. quin etiam, dicunt relictio masculi veterum feminas non admittit. Explicitur debet veterum id est dum masculi superfluit. Neque in praesenti casu censemus rem dubiam esse, sed manifestam.

10. Quoad emphyteusum attinet sue secularis sit, sive Ecclesiastica certum est feminas æquæ ac masculos admitti, nisi expresse à contrahentibus cauimus fuerit ut feminas non admittantur, vel non admittantur existentibus masculis. Sicut habetur §. emphyteusum in Aduent, de non alienand. reb. Eccles. ibi filii tantum masculi, aut feminis, aut nepos bus viri quenatur: tradicuntur cum communis sententia paucis in contrarium relata Couaruu. 2. var. 18. n. 1. Clarius §. emphyteusum 3. 2. Caldas de nominar. emphyteus. q. 23. n. 8. & q. 24. n. 27. Aluar. Valafe. de iure emphyteus. q. 41. n. 2. Mol. disp. 474. in medio. Fachim. lib. 8. controu. cap. 97.

11. Si autem accipiens emphyteusum stipulatus fuerit pro se, & filii suis communior sententia teste Couaruu. lib. 2. var. 18. num. 1. ceteri filios filiis masculis esse admittendos, non feminas. Consentit Roland. à Valle. cons. q. 3. lib. 2. Burat. cons. 80. num. 7. Rimbald. cons. 1. 3. num. 3. lib. 2. Aurel. Corbul. plures refecit de iure emphyteus. c. 11. num. 3. & seq. Dicuntur, qui in contrahitib. & stipulationibus qui sunt illi. At iuri interpretari ita facta est. At nomine filiorum non comprehenduntur filiae nisi ex benignitate legis & illius favore. Ut colligatur ex leg. pronunciatio leg. iusta. de verbis significat. Lemma adiutorum §. que in filio ss. eodem. Ergo in hoc cauenit filiae censenda sunt exclusive.

12. Verius tamen causa feminas admittendas esse prout docuit Salicet. in leg. 2. de iure emphyteus. q. 12. Decius ad leg. 2. ff. de Regul. iurius tractando quando masculinum conceperit femininum. numer. 9. Alciat. in leg. 1. ff. de verbis significatis. Couar. 2. var. cap. 18. num. 1. Pinel. leg. 1. num. 33. Cet. de bonis matri. Aluar. Valafe. q. 41. num. 3. Ans. Gab. commun. conclus. lib. 6. conclus. 6. num. 94. Menoch. cons. 11. 1. num. 57. & num. 60. lib. 2. Fachim. lib. 2. controu. cap. 97. Molin. disp. 474. post med. Monevatur: nam esto in materia stricti iuri, & que alii præaudiare debet nomine filiorum filie non continentur iuxta l. 3. §. sed si incertum sit. ff. de ventre in possessione. mitiendo. salit tamquam quando ex legi dispositione contrarium colligitur, ut in prædictiorum contingit. Cum æquæ feminæ ac masculi habiles sint ad emphyteusum §. emphyteusum. Autem, de non alienand. reb. Cum autem queritur stipulatio & contractus centauri factus secundum iurius regulas. leg. si stipulatus. ff. de iuriis. conqueps est, ut stipulatio emphyteus pro filiis filias contineat, siquidem emphyteus virtute masculis & feminis communis sit. Quod præstat ut nomine filiorum feminæ comprehendantur. leg. iusta. leg. pronuntiatio. leg. quisquis. ff. de verbis significatis. & affirmat Glossa §. si quis filiarum verbo quia fit in genitu, qui regiam. tutor. datur. postea. Ex quibus argumentum contraria sententia solutum est: nam est nomine filiorum non veniant feminæ nisi ex benignitate legis, sufficiens fundamenatum habemus: ut hoc benignitate in prædictio gaudeamus: cum hac interpretatio dispositioni legis admittentis feminas æquæ ac masculos ad emphyteusum conformis sit.

13. Quod si expresse stipulatus fuerit pro te, utique successoribus masculis manifestum est feminas exclusas esse. Sed an eo caso nepos masculi filius filia admittendus sit; Varians Doctores. Ut videtur est in Iulio Claro quæst. 3. 6. Aria Pinello leg. 3. num. 1. 9. Cod. de bonis matern. Aluar. Valafe. de iure emphyteus. quæst. 4. 1. num. 5. Probabiliter existimmo admittendum esse, quia est masculi, & successor primi inservientis, & consequenter habet qualitates quæ pro institutione requiriuntur. Excepte nisi per modum maioratus emphyteus concessa esset, quia eo casu conceditur ut in linea recta, & in familia capitis conferuetur. Sicut tradit Molin. lib. 1. de primogen. cap. 5. num. 41. nec dissentit noster Mol. disp. 474. in fine.

§. V.

An in emphyteusi, vel feudo hereditatio possit successor repudiata hereditate viam possessoris emphyteusum obtinere, cum tamen pater possessoris heres existat?

1. Negat noster Molina. 2. Contrarium verisimiliter, & communius est.

Negat noster Molin. tr. de iustit. disp. 472. in fine. dicitur quia emphyteuta (& idem est de feudator) ab utrius possessor recipit emphyteusum immedietate, a primo autem non usi mediatus illis in quos emphyteusum derivata est. Ego viam possessoris heres debet esse.

Sed contrarium mihi verisimiliter placet cum communiiori sententia quam referunt & sequuntur Arias. fidel. leg. 1. Cod. de bonis matern. 3. part. num. 91. Iulius Clarius §. fandum. q. 9. n. 5. Caldas de nominar. emphyteus. q. 2. n. 29. Valafe. de iure emphyteus. a. 44. n. 19. testaturque Clausa factio sententiam Neapolitanum iudicasse, sufficiere hereditem esse primi possessoris quamvis viam non sit. Moverit quia est quilibet emphyteuta, vel feudatarius recipiat emphyteusum à proprietario qui emphyteusum, vel feudum concessum tanquam à prima origine: at negari non potest primus possessor hanc concessionem acceptare, & posse, sicuti sacerdos & clericus hereditibus stipulatis esse, viro eius stipulatio nisi quilibet eius successor heres capere et emphyteusum. Ego ab ipso possessor primo tanquam à causa formaliter & propria habetur emphyteus, tandem ostendit quodam successionis deretur. Ego potius spectandum est, an successor seu heres primi possessoris quam viam. Ad prædictum successorem absolute hereditem esse latenter primi possessoris. At prædictum dispositio ex qua interpretatio sumenda est solam quam statim hereditis in successore requiriatur. Ego ab his fundamento retrahitur, & ea qualitas hereditis debet esse viam possessoris, & non sufficiat esse primi.

§. VI.

An in emphyteusi, & feudo Clerici, Equitesque militares, & Monachi succedant?

1. In emphyteusi Clerici, Equitesque militares succedere possunt.
2. Si emphyteusis hereditaria sit, queque ad hereditatem extrahere possint, & ad Religiosum strictam pauperitatem proficuum pertinet, non ipse, sed monasterium iuridicit.
3. Si religiosus ante professionem emphyteusum fuerit, & de eius communitatisibus disponuit, dispositio sequenda est.
4. Morino Religioso si emphyteusis erat hereditaria ad heredes extraneos transmissibilis, monasterium idem videret pati.
5. An Clerici in sacris constituti possint feendum retinere.
6. Si illi careant Clericis non debet excludi.
7. An Monasterium in feendum succedat?
8. An Equites Militares.

Quod si emphyteusum atrinet non est debitum Clericos, Equitesque militares succedere possunt. Nam cum emphyteusis non habeat obsequium personale, sed reale, nulla est ratio ob quam à successione illius excludi debent: maximè cum votum pauperitatis quod Equites militares præstat latum sit, adhucque viam emphyteusis, sicut & aliorum honorum.

Si vero de Religiosis strictam pauperitatem proficibus loquamus, alterendum est, si emphyteusis hereditaria sit, quia ad heredes extraneos transire possit, non ipse religiosus sed Monasterium nomine ipsius & in quo una Religiosa translata sunt succedit, atamen teneat in personam non priuilegiatam alienare emphyteusum, ne domino propriatis prædictum. Quod si Monasterium incepit si successiones, ut sunt conuentus S. Francisci, & Capuccinorum, & religio Societatis Iesu quoad Prostulos, & Coadiutores firmatos, indicandum est de emphyteusis ac si Religiosus esset mortuus, deveniente ad sequentes votarios. Si autem nulli sunt, ad dominum propriatis revertitur, & cum proprieitate confundatur. Quæ omnia manifesta sunt. Sciri ex communis tradit Sylvestri, & emphyteusis, quæst. 20. Iulius Clari. lib. 4. sentent. §. emphyteusis. q. 22. & 33. Leplus lib. 1. cap. 4. dub. 10. n. 84. Molin. disp. 482. Layman. lib. 3. sum. f. 17. cap. 2. 4. post med. n. 10.

Si autem Religiosus ante professionem emphyteusis fuerit, & de eius communitatisibus, & meliorioribus habuit, & ea dispositio lequenda est. Quod si nulla talia

dispositione professionem emiserit in Monasterio successio-
nis capaci, Monasterium integrum dum Religiosus vixerit
emphyteus fruerit, percipierque illius commoditatis, &
melioramenta; quia in hac fruitione nullum praeditum domi-
no proprietatis irrogatur. Sicut ex omnibus sententiis no-
tariorum Iulius Clar. d. §. emphyteuss. 9. 33. Mol. disp. 432. post
int. Caldas de renouas. empby. eul. 9. 19. n. 7. Lefluis lib. 2. cap.
41. dub. 10. n. 8. Laym. lib. 2. sum. fest. 3. tract. 4. cap. 23. num.
15. Quod adeo verum aliqui existimant, ut elio emphyteu-
sis clausulam habeat ne in Ecclesiam, seu potentiores alien-
etur, non obinde hanc alienatio impediat, quia haec est
alienatio necessaria, & ex iuris dispositione, quam illa condic-
tio non impedit, sed solùm impediri alienationem voluntaria-
riam. Ut aducatur ex Panormit. in cap. in præsentia de pro-
bat. numero 73. Layman. lib. 2. sum. fest. 3. tract. 4. cap. 23. num-
ero 15. & alii plures quo reuili tractat. 17. de statu religioso,
disp. 3. p. 4. §. 4. Sed ibi cum pluribus aliis Doctoribus con-
trarium censu, quia obstat haec translatio necessaria, & indi-
recta sui predictam conditionem statuunt. Ut late ibi pro-
bauit.

4. Mortuo vero Religioso si emphyteus erat haereditaria;
quæque ad haeredes extraneos peruenire poterat, Monasterio
poterit illam vendere, quia in ipsius translata fuit ob
Religiosi professionem. Quinimo tenuit hanc venditionem
celebrare, ne dominus proprietas sive recipienda laudem in
priuerit, sicuti prefati Doctores notant. Si autem sit haeredita-
ria mixta, seu ex pacto, & prouidentia ad eum deuenient ad
quem de iure deuenient eti.

5. Quoad feudum attinuerit eas conditiones habeat quæ feu-
do proprie ascribuntur, vii. est feudatarium obligatum esse
domino proprietatis inservire cum armis defendendo, & pro
eo quando opus fuerit pugnando, de quo utramcum fideli-
tatis praestatur, nequaquam poterunt Clerici in maioribus

Ordinibus costricari feudum resiliere, quia inhabiles sunt ad
obsequium; & in hoc casu in lib. 2. fendor. tit. 2. 6. §. de feudo de-
fandi concensu sit inter dominum & agnatos assalti, dicitur. Quis
clericis efficitur, aut vocis Religiosi afflum hoc ipso feudum
amittit. Idem habetur in tie. An mutus, vel alijs imper-
fecitus. Et. & in tum. de vassallo milite qui arma bellica de-
positit. Neque enim ut inquit textus lib. 2. fendor. titul. 21.
beneficium pertinet ad eum qui non potest gerere offi-
cium.

Verum si feudum nullum obsequium personale annexum
habet, vel eius conditionis obsequium personale sit, ut præ-
stari decenter à Clericis possit, nulla est occasio Clericorum ab
eo feudo excludendi, cum ratio prohibitionis ceteret. Ut be-
ne annotauit Fachin. lib. 7. contr. cap. 35. Navar. commen-
t. de regularibus. num. 55. Myafinger. cent. 5. obferu. 3. Sanch.
lib. 7. cap. 15. q. 3. Laym. lib. 2. sum. fest. 3. tract. 4. cap. 23. num. 10.
Quando autem feudum alicui Ecclesiastice dignitati annexatur
ex prima sua institutione, ut in Germania contingit, nemini
est dubium à Clericis retineri posse, quia obsequium
quod praefundam est si personale sit non dedecet Clericum;
vel medio subtulito præstatur, iuxta lib. 2. fendor. cap. 40. alias
1. de capitulis Corradi. §. vii. cap. ex transmissa, & cap. verum de
foro compet.

Quoad successionem Monasterij attinet d. 2. p. tractat. 16.
de statu Religioso, disp. 3. punct. 4. §. 3. numero 4. resoluimus
ad Monasterium transire posse durante Religiosi vita, nisi sit
feudum habens iurisdictionem, aut dignitatem annexam,
aut obsequium quod à Monasterio nequeat decenter præ-
stari.

Eques vero militares certum est in eo feudo succedere,
in quo Clerici succedant. Sed an succedant in feudo pro-
prio, & rigoroso. Non est constans sententia; Hæc affi-
mant.

Lauds Deo, Virgini, Ignatio.



INDEX